Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0002-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0003-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0004-3

1715.

1. Beck, Johannes Adam: Disputatio ad ordinationem cambialem Noricam vulgo über die Nürnbergische Wechsel-Ordnung.

2a. Hildebrandt, Henricus: Collegii feudalis ad B. Stryckii examen juris feud. Cap. I: De praecognitis juris feudalis.

2b. Hildebrandt, Henricus: Collegii feudalis ad B. Stryckii examen juris feud. Cap. II. III et IV. Disput. II: De generalibus juris feudalis in natura definitione et divisionibus feudi occupatis.

2c. Hildebrandt, Henricus: Collegii feudalis ad B. Stryckii examen juris feud. Cap. V. VI et VII. Disput. III de speciali juris feudalis primas personas feudales earumque nuptias atque tutelas exhibente

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0005-9

2!: ~~Collegii~~ Hildebrandt, Henricus: Collegio feudalis ad B. Strykii examen juris feud: Cap VIII. IX et X.
Disput. IV: De speciali juris feudalis altero res in feudum dandas sistente.

2º Hildebrandt, Henricus: Collegii feudalis ad B. Strykii examen juris feud. Cap XI, XII et XIII
Disput. V.: De speciali juris feudalis altero

2!: Hildebrandt, Henricus: Collegii feudalis ad. B. Strykii examen juris feud. Cap. XIV, XV et XVI: De speciali juris feudalis altero, acquisitionem feudi, quae fit successione nunc tradente.

2º Hildebrandt, Henricus: Collegii feudalis ad B. Strykii examen juris feud: Cap XVII Disp. VII. De speciali juris feudalis altero renovationem feudi et laudemii praestationem nunc

tractante

2 ½ Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad B. Stryckii examen juris feud. Cap. XVIII. disput. VIII: de speciali juris feudalis altero jus domini in feudum et vasallum nunc expli-cante.

2 i/2 Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad. B. Stryckii examen juris feud. Cap XVIII et XIX disp. IX: de speciali juris feudalis altero jus vasalli erga dominum et in feudo ipsi competens nunc indicante.

2 k/2 Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad. B. Stryckii examen juris feud. Cap. XIX disp. X: de speciali juris feudalis altero contractus circa feudum et sub infeudationem nunc addacente.

2l. Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad B. Strykii examen juris feud. Cap. XX. Disp. XI: De speciali juris feudalis altero feudi alienati revocationem nunc tangente

2m. Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad B. Strykii examen juris feud: Cap. XXI. Disput. XII: De speciali juris feudalis altero obligationem ex quasi contractu feudali sine delicto feudi innuente.

2n. Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad B. Strykii examen juris feud: Cap. XXII. Disput. XIII: De speciali juris feudalis altero modos feudalem obligationem citra culpam tollendi nunc tractante

2o. Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad B. Strykii examen juris feud. Cap. XXIII. Disput. XIV: De speciali juris feudalis altero amissionem feudi ob feloniam indicante

2p Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ex B. Struckii examen juris feud: Cap. XXIII Disput. XV. De speciali juris feudalis altero fructus et meliorationes extincti vel amissi feudi nunc considerante

2q Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad B. Struckii examen juris feud. Cap XXIV et XXV. Disput. XVI. et ult: De speciali juris feudalis tertio actiones et processum feudalem repraesentante.

3a b c d e ~~Hildebrandus, Henricus: Collegii feudalis ad B. Struckii examen juris feud. Cap.~~

Hildebrandus, Henricus: De territorio clauso et non clauso sive mixto.

1765

4. Koelerus, Jo. David: De donatione Mathildina pontifici R. facta

5. Marckdraeckler, Carol. Guil: Executionem subsidialem occasione 115 § 1. de re jud. Cap. I § 3 de for. Compet. in 6 capitul. noviss. art. 20 et ord. camer. p 3. Tit. 48 § 9.

6. Schwarzius, Christ. Goll: De Augustorum, Caesarumque Rom. tribunicia potestate

7. Schwarzius, Christianus Goll: De insignibus ordinis equestris veterum Romanorum.

8. Strack, Christophorus Philippus: De transitu innoxio, et noxio per alienum territorium

9. Treu, Christophorus Jacobus: De chylosi foetus in utero

10. Uffenbach, Johannes Jacobus: De protestationibus in cambiis vulgo von Protesten in Wechsel-Brieffen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0011-2

4574.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0012-8

4574.

1

1715, 1.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO

AD

# ORDINATIONEM CAMBIALEM NORICAM,

vulgo:

über die

Nürnbergiſche Wechſel-Ordnung/

QUAM

CHRISTO PRAESIDE, JUSTITIA DUCE, ET VERITATE COMITE,

AUCTORITATE ET DECRETO

*MAGNIFICI*

JCTORUM ORDINIS,

IN

INCLYTA UNIVERSITATE ALTDORFINA

PRO LICENTIA,

SUMMUM IN UTROQUE JURE DOCTORIS GRADUM

CONSEQUENDI,

*PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI*

SUBJICIT

JOHANNES ADAMUS BECK,

NORIMBERGENSIS.

*DIE XII. APRILIS A.* MDCCXV.

*ALTDORFII, LITERIS J. W. KOHLESII, ACAD. TYPOGR.*

8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0013-3

# PRAEFATIO.

CVm jam ante aliquot annos, Ordinationis cambialis Noricæ §. 3. 7. & 9. pro partim, & $10^{mum}$ in totum, immutatum deprehendi, ſimulque tamen etiam inter alia, a quibus recedendum, hos modo adductos §§. nilominus adhuc, penes diverſos Autores, verbotenus allegatos inveni, vid. Tr. de A. 1701. Zipffelii von Wechſel-Briefen und dero Vſancen ſect. 6. p. 168. & ſect. 7. p. 213. item noviſſimum Tr. de A. 1713. Dn. Ludovici in der Einleitung zum Wechſel-Proceſſ. c. 4. §. 74. c. 4. §. 27. c. 11. §. 45. & Dn. Königken in annot. über die Leipziger Wechſel-Ordnung/ quas An. 1712. edidit, ubi in appendice diverſorum locorum Ordin. Camb. interque has etiam Noricam, ita quidem, uti An. 1654. promulgata eſt, annexit; hinc, ut de novis iſtis conſtitutionibus, aliisque, eo magis conſtet, & quæ diſperſa hinc inde ſunt, in uno congerantur, operæ pretium eſſe credidi, maxime, quia, divinâ gratiâ, exantlatis jam ante integrum & quod excurrit annum, conſuetis examinibus, pro impetranda Licentia ſummos in utroque jure honores & privilegia Doctoralia legitime capeſſendi, thema aliquod mihi elaborandum, elaboratumq; publicæ Eruditorum diſquiſitioni ſubjiciendum fuit, ſi primum Ordinationis hujus textum, pro ingenii mei modulo, adductis ubique rationibus & Authoribus, ex quibus

*bus ſcripta collegi, explicem, dein etiam novas iſtas aliasq; adhuc ad rem facientes conſtitutiones, locis congruis, ſubjungam. Quia autem Exempla ſicuti digitus rem quamvis demonſtrant, teſte Tuſch.* in pract. concluſ. lit. E. concl. 148. *hinc utplurimum quoque in explicando, talibus uſus ſum, præprimis, cum hic modus ſæpiſſime etiam in jur. noſtr. civit. obſervatus cernatur, vid. interim, cui placet,* L. 1. ff. de P. V. L. 46. de cond. & demonſt. L. 13. §. ult. de excuſ. Tut. L. 3. §. 2. ibi quod dico exemplo ut manifeſtius fiat ff. de Collat. §. 1. & ſeqq. Inſt. de Act. *Quod ſi tamen L. B. in omnibus expectationi tuæ non ſatisfecerim, vel me lapſum eſſe deprehenderis,* humani enim nihil a me puto eſſe alienum, *pro humanitate tua ignoſcas.*

## PARS PRIOR,

### *Exhibens Ordinationis Cambialis Noricæ Cauſam Efficientem, Subjectum, Objectum, & Finem.*

### §. I.

ANtequam ad ipſam Ordinationem Cambialem Noricam, ejusque textus explicationem, me accingam, lubuit, in hac parte priori, nonnulla de cauſa efficiente, ſubjecto, objecto, fine aliisque, ad majorem rei illuſtrationem, paucis diſpicere & præmittere. Eſt autem ejus cauſa efficiens *Illuſtris Senatus Liberæ Reipubl. Norimbergenſis.* Hi enim P. P. optimi maximi, iſtam Ordinationem Cambialem, ex veteri editione, revideri corrigique curarunt & publicaverunt An. 1654.

d. 18.

d. 18. Sept. & cum Ordinationem Banci publ. ſibi adjunctam habeat, eam inſcripſere: Eines E. E. Raths der Stadt Nürnberg verneuerte und erläuterte Banco- und Wechſel-Ordnung. Jus quo nixum iſtud factum, eſt Superioritas Territorialis, die hohe Landes-Herrlichkeit. Et quanquam non deſint, qui, Civitatibus Imperii Liberis, iſtam Superioritatem Territorialem competere, negant, inter quos maxime locum obtinent Ockelius *in ſuo diſcurſ. jurid. pol. de reg. poſt. jur. p. m. 99.* Andr. Knichen in Tr. quem inſcripſit *de ſubl. & reg. territ. jur. c. 1. n. 116.* item Compilator. *deciſ. & præjud. Cam. apud Gylm. ſymph. tom. 3. verb. civitatis*, aliique plures: tamen quia jus iſtud, in favorem dict. Civitatum, in Inſtr. Pacis Weſtphal. ejusque *art. 8.* vendicatum & fundatum reperitur, & horum DD. modo cit. error, abunde ſatis, ab aliis detectus eſt, haud quempiam de veritate communis ſententiæ contrariæ, amplius exiſtimamus dubitantem. vid. interim Myler ab Ehrenbach *in Archolog. Ord. Imp. c. 22. per tot.* Meichſ. *tom. 2. lib. 1. deciſ. 8. n. 2.* Bidenbach. *quæſt. illuſtr. 1. n. 20.* Beſold. *de Civit. Imp. n. 8.* Knipſchild. *de jur. Civit. Imp. lib. 2. c. 5.* Limnæus *jur. publ. libr. 1. c. 1.* qui præter Knipſch. *l. c.* ad contraria reſpondet. Valaſ. *de jur. Emph. q. 8. n. 34.* Ertel. im neu eröffneten Schauplatz der Landes-Fürſtlichen Ober-Botmäßigkeit *Apparat. 1. p. m. 30.* Et certe ipſi Principes, Comites, & Barones Imp. non habent, cur Civitatibus Imp. Liberis hæcce Superioritatis jura invideant, cum hæ etiam eodem modo, quo reliqui Status Imp. ad hæcce ſumma quaſi faſtigii jura pervenerint, ſunt verba Myler. ab Ehrenbach *l. c. §. 3.* maxime quia, uti Carolus IV. dicere ſolebat, etiam Civitatum opes & robur, opes & robur Imperii ſunt.

§. II. Subjectum conſtituunt Mercatores, die Kauff- oder Handels-Leute/ & cum iis die Krämer/ Wein- Zien-

Ochſen- Vieh- Leinwad- und Wollen-Händler §. 12. Notanter autem diſtinctionem feci, unter denen Kauff- oder Handels-Leuten/und denen Krämern/cum omnino etiam, hi ab illis, diſtinguendi ſint, Lauterb. *Colleg. th. pract. ad tit. ff. de inſtit. act.* §. 2. ſicut etiam ipſe Illuſtris noſter Senatus *in §. 12. Ord. h. Camb.* item *in* §. 3. *Ord. Banc.* non minus *in Ord. judicii Mercantil. in præf. & c. 2.* aliisque mercaturam concernentibus Ordinat. & Decret. communiter quoque, hanc diſtinctionem tenuit. Sunt enim Mercatores perſonæ privatæ, per averſionem, en gros, & magna cum copia, merces licitas, formâ illarum, propriâ operâ, non mutatâ, (alias enim, ſi merces propriâ operâ mutarent, & e. g. ex auro & argento, vel etiam ſtanno infecto, vaſa conficerent, artifices & opifices eſſent, uti de hac re textum expreſſum habemus in *c. ejiciens 11. diſt. 88.*) ementes vendentes & permutantes, ad honeſtum lucrum exinde recipiendum, vid. Strach. *de Mercat. p. 1. n. 4.* Marq. *de jur. Mercat. lib. 1. c. 8. n. 8.* Heſer. *Tr. de bon. & imprimis adquæſt. Conjug. communione illor. diviſ. p. 2. l. 23. n. 271. & mult. ſeqq.* & vocantur alias groſſarii, item per excellentiam Kauff- oder Handels-Leute. Hi autem, quos Krämer appellavimus, ſunt perſonæ privatæ, merces licitas en detail, vel minutatim i. e. ad ulnam, pondus & menſuram, Marq. *de jur. Mercat. lib. 1. c. 7. n. 41.* Vinn. ad Peck. *de re naut. ad tit. de exercit. act. p.* 118. vendentes & diſtrahentes, ad honeſtum lucrum recipiendum, & dicuntur alias minutarii, item gemeine Kauffleute / ſo ihre Waaren mit Gewicht / Maß und Elen verkauffen. Lauterb. *ad dict. ff. tit. de Inſt. act. §. 2.*

§. III. Perſonæ autem iſtæ, quas ſubjectum Ord. Camb. Nor. conſtitui, cives ſint ſive incolæ tantum, nihil refert, *§. fin. Ord. h.* cum & hi ſtatutis & conſuetudinibus loci, ubi degunt, obligentur. Carpz. *P. 3. C. 12. def. 16.*

*n. 1.*

*n.* 1. *& ſeqq.* Lauterb. *diſp. de domicilio c. 8. th.* 56. Porro maſculi ſint ſive fœminæ, non intereſt, cum etiam hæ mercaturam valide exercere queant, per *L.* 32. *§.* 4. *ff. de aur. & arg. leg. L.* 7. *§.* 1. *ff. de inſtit. act. L.* 4. *C. eod.* & teſte Petr. Schulz. *in diſp. de fœmina mercatrice*, nulla fere regio eſt, quæ fœminas a mercatura excludit, vid. etiam *L.* 1. *&* 195. *ff. de V. S.* deque minutariis facit textus in R. N. *Tit.* 28. *L.* 6. *§.* 1. So Mann und Weib ꝛc. Judæos denique quod attinet, etſi tales ab An. 1499. quo omnes ex Civitate hac, ob varii generis fraudes, quas in illa hactenus exercuere, exire neceſſe habuere, vid. Sigmund. von Bircken im Spiegel der Ehren des Kayſerl. und Königl. Erzhauſes Oeſterreich *c.* 2. *lib.* 6. *n.* 3. *in f.* Norimbergæ amplius habitantes non habeamus, cum tamen ipſis aditus, in Civitatem hanc pateat, hinc ſi ibidem cambiorum occaſione contrahunt, ut alii peregrini Ord. h. Camb. ſubjecti erunt, cenſentur enim tali modo peregrini, ſubditi temporarii, adeo, ut legibus & ſtatutis loci contractus, ſubjiciantur. Grot. *de jur. B. & P. p.* 2. 11. *§.* 5. Marq. *lib.* 1. *c.* 17. *n.* 55. *& l.* 3. *c.* 2. *n.* 17. Gail. 2. *obſ.* 123. Matth. Steph. *Lib.* 1. *de jurisd. c.* 33. *n.* 73. *& ſeqq. L.* 6. *ff. de Evict. L.* 34. *ff. de R. I.* dummodo poſtea in loco contractus reperiantur, alias enim, etſi à Magiſtratu loci citentur, jure Can. & hodierno, inviti comparere non tenentur, Lauterb. *Comp. Jur. ad tit. ff. de jud. p. m.* 102. *ibique alleg.* Interim licet Judæis, uti mox dictum, aditus in Civitatem Norimberg. pateat, nemo tamen putet, quod eis ille omnino liber ſit, non; ſed potius per omnia ſe conformare teneantur ad diſpoſitionem illam, quæ in *Senatus Decreto Illuſtr. Senatus Norimb. de An.* 1713. *d.* 28. *Febr.* ſequentibus verbis extat: Hätten aber die Juden allhier in der Stadt etwas nothwendiges zu verrichten / maſſen dann wegen unterſchiedlicher freyer- Reichs- und anderer Han-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-842096-p0019-0

dels-Stätt/der eingeführten Wechſel und anders halben/ dermaln die Handlung mit denenſelben gar und allerdings nicht verbotten/ oder denenſelben benommen werden mag; So ſoll es doch anderſt nicht/ als auf folgende Art und Weiß/ mit offener Hand/ und ſalvis ſupra citatis Privilegiis, geſchehen: daß ſie ſich nemlichen an mehrbeſagten Werck-Tägen/ und ſonſt an keinem Sonn- oder Feſt-Tage/ und niemahln ihrer mehr/ als ſechs bis achte in einem Tag/ bey der äuſſerſten Wacht/ wie erwehnt/ und zwar nur allein bey dem Thiergärtner- und Spittler-Thor/ anzumelden hätten/ allwo ſie bis unter das Stadt-Thor/ durch einen Muſquetirer/ zu Annehmung eines lebendigen Geleits (ohne welches ſich keiner derſelben/ er möge auch in der Stadt zu verrichten haben/ in was es beſtehen möge/ bey empſindlicher Straffe/ auch künfftig gar nicht mehr herein gelaſſen zu werden/ betretten laſſen ſolle) gebracht/ von dem Wachtmeiſter des Stadt-Thors auch anders nicht/ als wann der Muſquetirer bezeuget/ wann und wie der Jud/ zu Roß/ zu Fuß/ oder zu Wagen/ bey ger äuſſerſten Poſt paſſiret/ angenommen; widrigen falls und da der Jud obbeſchriebener maſſen/ nicht kommet/ derſelbe wieder zurück und abgewieſen werden ſolle. Cæterum quomodo ſe poſtea ulterius gerere, & a quibus negotiis inſpecie, ſe abſtinere debeant, de eo vid. late *cit. Senatus Decret.* conf. quoque *illud, anno nupero, nempe An. 1714. d. 19. Maj. publice affixum.*

§. IV. Objectum Ordinationis noſtræ Camb. eſt collybus ſive cambium, & literæ deſuper confectæ cambiales. Cambium autem unde ſic dicatur, inter alios vid. Schilt. *Ex. ad ff. 32. th. 9.* de vocabulo Collybus autem, vid. Zipffel. von Wechſelbr. und dero *Vſancen in proœm.*

Varias

Varias quidem ejus diviſiones DD. afferunt, verum, quia omnes ſpecies huc non pertinent, ſed in Ord. noſtr. Camb. Nor. tantum de cambio illo, quod traſſatum, Germ. ein traſſirter Wechſel / & literis deſuper confectis, quæ traſſirte Wechſel-Brieffe vocantur, agitur, idcirco quoque tantum de his, cæteris miſſis, ſollicitus ero. Circa deſcriptionem autem hujus cambii, & ad quamnam contractuum ſpeciem referri poſſit, mirum in modum DD. diſſentiunt, de quo videri poteſt Joh. Medin. *Tr. ſpec. de definitione Cambii.* Interim Carpz. ſententia, quam in *diſp. de Camb. th.* 12. habet, præ cæteris, mihi placet, hic enim ibidem dicit: Contractum Cambii non uno ſemper & eodem modo celebrari, proinde nec ad unam perpetuo contractuum ſpeciem, referri poſſe, quod ſi nunc initium Contractus a datione incipiat, contractum eſſe innominatum, do ut des; ſi a ſola promiſſione, de certa pecuniæ ſumma in certo loco ſolvenda & alio reddenda, contractum eſſe mandati, (quamvis etiam dici poſſit, quod hoc in caſu placitum de ineundo contractu innominato, do ut des, ſubſit, quod tamen moribus noſtris obligatorium eſt, & utrumque ad promiſſum implendum, excluſa pœnitendi facultate, efficaciter adſtringit. Lauterb. *Colleg. th. pract. ad tit. ff. de P. V.* §. 4. *& in diſp. de Contract. innom. do ut des, Coroll.* 2. Raph. de Turri *de Camb. diſp.* 1. *q.* 10. *n.* 7. *&* 23. Hahn. ad Weſenb. *ad dict. ff. tit. n.* 3. *fere in f.*) ſi interpoſita interrogatione & reſponſione a contrahentibus celebretur, V. O. ſive ſtipulationi eſſe accenſendum. Et ſecundum hactenus dicta deſcribi poteſt, quod ſit Contractus pro diverſitate celebrati negotii varius, quo alicui datur aut promittitur certa pecuniæ ſumma, ut pro ea, alio in loco, poſt breve temporis ſpatium, eandem præſtet, intercedente plerumque certo ſalario ( quod Lagio, Germ. Aufgeld/

Aufwechſel-Geld vocant) & exhibitis, in meliorem probationem, literis cambialibus, quæ alias quoque literæ transſcriptionis, ſymbola collybiſtica, teſſeræ collybiſticæ, ſchedulæ ſive ſchedæ cambiales vel cambiariæ, *Germ.* ein Wechſel-Brieff/ Wechſel-Schein/ Wechſel-Zettul/ *Gall.* Lettre de change, *Ital.* Lettera di Cambio, vocantur. Harum deſcriptionem ſi quis habere vult, adeat Raph. de Turri *diſp. de Camb.* 2. *q.* 1. *n.* 1. & 2. item Carpz. *diſp. de Camb. c.* 6. *th.* 44. Formula autem talis eſſe poteſt, uti vulgo concipitur:

Franckfurt den 6. May 1714. p. fl. 1000. Corr.

A $1\frac{1}{2}$ Vſo geliebe der Hr. für dieſen meinen Sola Wechſelbrieff zu bezahlen/ an Hn. Sempronium oder Ordre, Gulden Eintauſend corr. Valuta von Ihme/ der Hr. leiſte gute Zahlung/ und ſtelle es a Conto laut aviſo. Adio.

Herrn                    Caſpar Titius.
Herrn Johann Chriſtoph
Mevio
grg. in
Sola.        Nürnberg.

De vocabulo illo Sola, quid hîc ſignificet, & quando ponatur, vid. Zipffel. *de Lit. collybiſt. ſect.* 6. *p.* 121. & *ſeqq.* & præter hunc, Ludov. in der Einleitung zum Wechſel-*Proceſſ. c.* 4. §. 6. Cum autem de jure Nor. inter alia, omnes contractus, chartæ ſigillatæ, auf geſtämpfft Papier/ de cujus invento cum aliis pluribus vid. Stryck. *C. C. ſect.* 1. *c.* 6. §. 22. inſcribi debeat, adeo ut ſi ſecus factum, contractus ipſo jure nullus ſit, cum pro forma ſubſtantiali cujuscunque Inſtrumenti & obligationis habeatur, vid. Eines HochEdlen und Hochweiſen Raths verneuerte und vermehrte geſtämpffte Papier-Ordnung *de An.* 1697. §. 7. & 1. Hinc non immerito quæritur, an ejusmodi

charta ſigillata quoque in cambiis opus ſit? & reſpondetur neg. expreſſe enim de hac re in *præf. Ord.* §. 12. cavetur: Hingegen ſollen von dem Gebrauch dieſes geſtämpfften Papiers exemt und befreyet ſeyn/ die Kauff- und Handels-Leute/ ſo viel die Wechſel- und Fuhr-Briefe betrifft/ und nicht weiter/ ſo daß in all andern Sachen/ ſie ſich obiger Ordnung allerdings gemäß zu bezeigen/ ſchuldig und gehalten bleiben/ daferne ſie ſich anders ſelbſten/vor Nachtheil und Schäden/ verwahren und hüten wollen. Perſonarum ratione & quot circa Cambium noſtrum, literasque deſuper confectas, occurrant, DD. inter ſe non conveniunt, illorum quidem ſententia communior eſt, qui quatuor conſtituunt, ita, ut prima ſit Remittens, Numerans, qui pecuniam primo exſolvit, quam alibi per cambium iterum vult exſolutam, vocatur Germ. der Herr des Wechſels/ der Geld- oder Wechſel-Geber/ vel ſimpliciter tantum der Geber/ oder Aufnehmer des Wechſelbriefs/ welcher das Geld auf Wechſel giebet/ es anderswo wieder zu empfangen; ſecunda, Tractans, Trectans, Traſſans, Trahens, Campſor, Cambiator, Scribens, Transſcribens, Dator literarum cambialium, Collybiſta, Cambiſta, qui in ſe ſuſcipit ſolutionem alibi faciendam, qui literas dirigit ad acceptantem, & hoc fine Remittenti ſchedulam camb. tradit, Germ. der Nehmer oder Zieher/ der Geld auf Wechſel nimmt/ und daſſelbe in loco ad quem zahlet oder zahlen läſſet / der Ausgeber des Wechſel-Brieffs/ der Traſſirer/ oder Ordre-Geber; tertia, Præſentans, Exactor, Mandatarius Remittentis, Adjectus, cui fit Remiſſa, cui ſolutio facienda, der Procurant, der Innhaber ſive Einhaber- oder Uberbringer des Wechſel-Briefs/ der Ordre Bringer ſive Ordre-Haber; quarta, Acceptans, Acceptor, Acceptator, Traſſatus, Factor, Correſponſalis, Commiſſionarius, Mandatarius

Traſſantis, cui fit Traſſa vel Tratta, ad quem Traſſa vel Tratta dirigitur, qui ſolutionem facere rogatur, auf den der Wechſel lautet oder gezogen/ der Bezogene: Verum ſi res bene examinatur, dicendum, totum hocce negotium potius 3. perſonarum interventu abſolvi, cum Numerans & Præſentans unam perſonam referat, atque hic cauſam ab illo habeat, vid. Vogt. *de Camb. p.* 109. unde etiam in ipſis literis camb. de tribus tantum perſonis, mentio fit, nempe de Traſſante auf dieſen meinen ſola Wechſelbrieff/ Acceptante, beliebe dem Herrn zuzahlen/ & Remittente, an Paulum, licet addatur aliquando an Paulum oder ordre Dn. Berger. *Diſp. de except. non numeratæ pec. ad-verſ. camb. th.* 16.

§. V. Hactenus paucis egi de Ord. Camb. Nor. cauſa efficiente, ſubjecto, & objecto, reſtat ut breviſſimis adhuc verbis, de ejus cauſa finali, agam. Ea autem uti in aliis LL. ita etiam hic, eſt ſalus Reipubl. ſi enim heic Norimbergæ, ſecundum Franc. Iren. *in Germ. Exegiſi l.* 3. *c.* 105. tanta mercatorum ſtipatio, tantusque negotiorum numerus eſt, quibus India & ultima Thule cognita, ac privatæ opes, negotiationibus variis, ex Europæ non ſolum, ſed etiam extremis orbis terrarum regionibus ac inſulis, illic, velut in horreo, conduntur, Phigh. *in Herc. Prodicio* Generoſ. Dn. Scheurl. *Diſp. de jud. Reipubl. Norimb. c.* 7. *ſ.* 2. & inter mercatores nihil ferme frequentius, Cambiis, conſpicitur, quin imo, ea tantæ neceſſitatis reputantur, ut ſi ceſſarent omnia pene mercaturæ officia diſſiparentur ac deſtituerentur Scacc. *Tr de Commerc. & Camb. §.* 1. *q.* 6. *n.* 14. *in f.* Marq. *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 33. *in f.* Zipffel. von Wechſel-Brieffen *ſect.* 5. *p.* 112. quales quantasque quæſo lites, ſubinde, ex intermiſſa hujus Ord. promulgatione, exortæ fuiſſent, in magnum tum Reipubl, quæ ne litibus repleatur publ. inter-

tereſt, *L. 1. ff. de Vſucap.* tum ipſorum contrahentium damnum, cum nulla major peſtis ſit, nihilq; quod fortunas vitamque Civium, magis exhauriat, quam litium frequentia & diuturnitas Hopp. *ad pr. l. de poen. temere litigant.*

# PARS POSTERIOR.

## *Siſtens Ordinationem Cambialem Noricam ipſam cum annotatis.*

### TEXTUS.

ERſtlich ſoll man bey Acceptirung der Wechſel dieſes obſerviren / daß nemlich 1. alle und jede Wechſelbrief / ſo bald ſie empfangen / noch ſelbigen Tages vor Untergang der Sonnen / oder des nechſten Vormittags hernach / 2. auſſer der heiligen hohen Feſt- auch Sonn- Feyr- und angeſtellten Bettägen / 3. præſentiret werden ſollen / 4. darauf man ſich ſelbigen Tages / an welchem der Wechſelbrief præſentiret worden / oder längſt des folgenden Tages hernach zu erclären / und ob man ſolchen 5. freywillig / 6. oder mit Proteſtation oder auch 7. gar nicht / 8. acceptiren wolle / dem Præſentanten anzuzeigen ſchuldig; deme dann biß zu Abgang der nechſten Poſt oder Bottens / an dem Ort / von dannen der Wechſel kommen / auf die Erclärung zu warten / ſo ferne er auf erfolgte Verweigerung der Acceptation 9. den Proteſt vor deren Abgang nach 10. verfertigen laſſen kan / 11. unnachtheilig seyn ſoll.

ANNOT.

1. Alle und jede Wechſelbrief /) intellige traſſirte / quippe de quibus unice in hac Ord. Camb. ſermo eſt.

2. Auſſer der H. hohen Feſt *usque* Bettägen/) licet enim de jur. civ. his feriis ſacris ſive divinis, vid. Lauterb. *Colleg. th. pract. ad tit. ff. de feriis* §. 9. pacta, peractis nempe ſacris publ. Schilt. *Ex. ad ff.* 7. §. 26. permittantur, *L. f.* §. 1. *in med. C. d. t.* & ſic quoque conſtitutum, quod hic ex parte præſentantis & acceptantis, præſentando & acceptando intercedit, l. contractus mandati, qui, reſpectu habito ad acceptantem & Traſſantem, hic perficitur, celebrari poſſet, pie tamen Compilatares hujus Ord. contrarium ſanxere, cum his ſacris diebus, debeat eſſe requies corporalis & ceſſatio a curis profanis, & omnibus mundanis operibus ad ſerviendum Deo & audiendum verbum ejus vid. Zepper. *de LL. Moſaic. lib.* 4. *c.* 9. *p.* 339. *& ſeqq.* Carpz. *lib.* 2. *I. conſiſt. Def.* 250.

3. Præſentiret werden ſollen) id quod fit, dum Remittens vel ejus Procurator literas camb. in Originali, in loco ad ſolutionem deſtinato, Traſſato exhibet, & utrum eas, ille ſit acceptaturus, quærit vid. Dn. Königken *integr. Diſp. de præſent. lit. camb. Lipſiæ A.* 1712. *d.* 15. *Dec. habit.* Quin imo, in ſola præſentatione literarum camb. res non ſubſiſtit, ſed neceſſe eſt, ut præſentans, Traſſato in ſimul literas aviſorias, aviſii, vel de aviſo, den aviſo Brief / quæ alias etiam literæ intimatoriæ ſ. intimationis vocantur, quarum formulam habet Stryck. *in Diſp. de accept. lit. camb. c.* 3. §. 6. & Stypm. *de jur. marit. p.* 4. *c.* 8. *n.* 66. item cum reſponſione ad illas, Spaht ſ. quod verum ejus nomen eſt Stieler, in der Teutſchen *Secretariat*-Kunſt / *in Append.* p. m. 206. & 204. porro Zipffel. von Wechſelbriefen / *Sect.* 4. p. 97. & alii adhuc plures, exhibeat, niſi eas Traſſans jam antea ad Traſſatum transmiſerit; alias enim, his literis de aviſo deficientibus, præſentans, acceptationis loco, a Traſſato, vulgatam illam & frequentem reſponſionem exaudiet: Er woll den Wechſelbrief aus Mangel aviſo nicht acceptiren. Quæ reſponſio etiam a providis & in re cambiali peritis mercatoribus, non ſine fundamento profertur; nam quia in his

literis

ſiteris aviſii, Traſſato a Traſſante, media ſatisfactionis, ratione ſummæ cambialis exſolvendæ, exponuntur, vid. exemplum *ad h. §. ad verb.* oder mit *Proteſtation*, datum, & illud etiam relative in ipſis literis camb. per hæc verba: Der Herr ſtelle es auf Rechnung wie adviſiret oder laut aviſo, indicatur, ſane his literis de aviſo deficientibus, alias neſcire poterit, ut in terminis maneam, auf was Art er ſich ſeiner Wiederbezahlung halben præ- und revaliren/i.e. wieder erholen/ ſeinen Regreſs nehmen ſoll / vid. Zipffel *Tr. de lit. collybiſt. Sect. 6.* p. 129. Stryck. *de C. C. Sect. 3. c. 5. §. 11.* Vogt. *de Camb. th. 7.* accedit & hoc, quod facile fraus circa literas camb. a præſentantibus aliisque, per falſificationem committi poſſet, quæ tamen per iſtas literas intimationis, optime evitatur. Carpz. *de Camb. th. 46.* Ludov. in der Einleitung zum Wechſel-Proceſs. c. 4. §. 13. Interim ſi Traſſatus nilominus, absque his literis aviſoriis, literas cambiales acceptavit, exinde poſtea tenebitur, ſecundum communem Mercatorum regulam: *chi accetta paga*, i. e. qui acceptavit ſolvere tenetur: cum enim literæ de aviſo, utplurimum, in favorem Traſſati inventæ, non dubium eſt, quin etiam hoc in paſſu, ſi vult, juri pro ſe introducto, libere renunciare queat, conf. quoque dicta *ad §. 11. Ord. ad verb.* den *Proteſt notir*en laſſen.

4. Darauf man ſich *usque* zu erklären) Convenit enim omnio Traſſato, ſ. illi cui præſentatio facta, antequam literas campiales acceptet, diligenter inquirere in Traſſantis conditionem, quia nemo ignarus eſſe debet conditionis illius, cum quo contrahit, *L. 19. ff. de R. J.* porro in literis aviſii ſibi indicatum ſatisfaciendi modum, ratione ſummæ cambialis exſolvendæ, bene examinare, quo videat, an non ſibi potius damnoſus quam lucroſus ſit, & ſi Traſſans, ſummam cambialem exſolvendam, in rationes ſuas referre Traſſantem rogaverit, l. alio modo ad rationes provocaverit, antea eas bene inter ſe conferre, & ex his aliisque poſtea diiudicare, an melius ſit, ſi literas camb.

ſecun-

ſecundum in literis de aviſo præſcriptum modum, l. ſaltem in honorem Traſſantis, (de quo mox agetur) l. etiam penitus non acceptet; deinde quia quam plurimi reperiuntur, qui ita recte aliarum manuum characteres in ſcribendo imitantur, ut non nunquam vix alteram ab altera, etiam peritiſſimus quisque, recognoſcere queat, Zaſius *lib.* 2. *ſing. Reſp. c.* 2. Ruland *de Commiſſ. part.* 2. *lib.* 5. *c.* 38. *in pr.* exempla vide penes Lauterb. *in Diſp. de Epiſtola c.* 7. *th.* 42. *in f.* omnes & ſingulas circumſtantias caute perpendere. Hæc autem cum talia ſint quæ deliberatum animum requirunt, & in quibus non nunquam peritiores conſulendi; idcirco, non immerito, Traſſatis tempus aliquod deliberandi, ad factam præſentationem, concedendum, antequam ſe declarare neceſſe habeant, quid in hac ardua re facere velint.

5. Freywillig) ſecundum modum in literis aviſii præſcriptum

6. Oder mit Proteſt) i. e. non juxta illum præſcriptum modum. Ut autem res clarior fiat, quid ſit mit Proteſt ſive quod idem eſt cum reſervo, mit reſervat vel cum modo, acceptiren, ſequenti exemplo utar. Titius ad Mevium literas cambiales, ſummam 1000. florenorum continentes, Sempronio ſolvendam, dirigit, & ſimul in literis de aviſo, Mevium Traſſatum rogat, ut iſtam ſummam Sempronio ſolvat, & propterea merces ipſi Mevio commiſſas, die Commiſſion Wahren de quibus infra agetur *ad* §. 8. *ad verb.* und der ſo den Wechſelbrief *acceptirt*/ in ſatisfactionem, zu ſeiner Wiederbezahlung/recipiat. Merces autem iſtas, fortaſſis weil ſie nicht Courrant ſeyn/Traſſatus in ſolutionem accipere recuſat. Interim ſi hic Mevius, literas iſtas camb. nilominus acceptare vult, ne Amicus ſuus Traſſans ſiniſtram opinionem incurrat, id quod facile fieri poſſet, wann ſeine Brieffe nicht honoriret würden/ ſondern mit Proteſt zuruck lieſſen; Facere iſtud poteſt cum modo, vel uti id in Ord. noſt. effertur mit

pro-

proteſt, id eſt non juxta illum tenorem, qui in literis de Aviſo habetur, vi cujus merces Commiſſas in ſolutionem recipere deberet, ſed ſaltem in honorem Traſſantis, ita ut eum ſibi, pro exſoluta ſumma, actione N. G. obligatum habeat. Et hinc etiam tali obvenienti caſu Traſſatus ſic ſubſcribit literas camb. *acceptirt in honorem Titii d. 19. Maii 1714.*

*Joh. Gabriel. Mev.*

Cum alias ſi literas camb. ſecundum tenorem, in literiis aviſii expreſſum, acceptaſſet, talem ſubſcriptionem efformare debuiſſet: *acceptirt d. 19 Maii 1714.*

*Joh. Gabr. Mev.*

Literis ſic in honorem Titii acceptatis, & in tempore ſolutis, Mevius ſummam 1000 fl. a Titio, actione N. G. repetere poteſt, non attento a Titio ſibi præſcripto ſatisfaciendi modo, utpote quem non acceptavit & admiſit, dummodo, quod bene notandum, in acceptatione (quod etiam factum, ſi, uti mox demonſtratum, literas camb. ſubſcripſit: *accept. in honorem Titii d. 19. May. Joh. Gabr. Mevius*, cum literæ exprimant orationem, nec minus valeat quod ſcriptum, quam quod vocibus, lingua figuratis, ſignificatur *L. 38. de O. & A.* & charta loquatur *Nov. 44. in præf.* Hering. *de fidejuſſ. c. 11. n. 27.* vid. etiam *L. 1. §. 1. ff. de Procur.*) & poſtea quoque in ſolutione ſolenniter proteſtetur, & ita Hamburgi cautum eſſe, & in Flandria, Hiſpania, Romæ, Genuæ, & ubique obſervari, dicit Lauterb. *in Diſp. de jur. in Curia mercat. uſit. th. 178.* In ſolutione autem iterum proteſtatione opus eſt ideo, quia alias poſtea ſic ſimpliciter ſolvens, videtur ſolviſſe juxta formam literarum camb. ſine Proteſto, Rot. Genuenſ. *Dec. 6. per tot.* ſiquidem in materia cambiali proteſtatio, quæ fit in acceptatione, non influit in ſolutionem ſimpliciter factam, Turri *Diſp. 2. q. 14. n. 1. 2. & 50.*

7. gar nicht) mandatum enim nemo invitus ſuſcipere cogitur per *L. 22. §. 11. ff. mand.* ad mandatum ſiquidem ejus-



que

que perfectionem , utriusque & committentis & mandatarii conſenſus requiritur , *L. 1. & t. t. ff. & C. mand. L.1. §. 3. ff. de pact.* Lauterb. *Colleg. th. pract. ad tit. ff. mand.* §. 2. facit huc locus ex Heydig. Anleitung zum gründlichen Verſtand des Wechſel-Rechts. *c.* 8. *p. m.* 71. *ibi :* und zwar iſt insgemein zu mercken / daß ſolche acceptation ein freyes willkührliches darbey aber ſehr wichtiges Werck iſt &c. Et quamvis hic præcedat mandatum, Traſſantis de acceptando , ſolum tamen mandatum ſine acceptatione, ipſum obligare nequit, Stryck. *C. C. ſect. 3. c. 5. §. 8.* id quod in tantum verum eſt, ut procedat , etiamſi Traſſatus debitor ſit Traſſantis Heydiger. *cit. loc.*

8. acceptiren wolle) hæc acceptatio deſcribitur , quod ſit actus, mediante quo literas Camb. nobis exhibitas, vel ſimpliciter absque ulla proteſtatione, aut dilatione , contrariæ voluntatis teſtificatione , vel cum interpoſita proteſtatione, recipimus, promittentes, pecuniæ ſummam , in iſtis contentam , vice alterius , brevi temporis ſpatio elapſo , illico exſolvendam Stryck *Diſp. de accept. lit. camb. c. 1. §.* 8.

9. den Proteſt ) per hoc denotatur Inſtrumentum Notarii de interpoſita proteſtatione confectum.

10. verfertigen laßen kan ) ad id nempe , ut illud poſtea per curſum publ. ſive Tabellarium ad locum illum, ex quo literæ camb. huc venere, transmitti poſſit, quo proxima occaſione ad Traſſantem perveniat; non enim ſufficit, ſi Traſſatus acceptationem literarum camb. recuſat , quod Proteſtatio de ſuper interpoſita, vel etiam Proteſtum confectum ſit, ſed receſſe eſt omnino , ut illud poſtea quoque celerrime, & proxima occaſione, ad Traſſantem mittatur, id quod appellant elevare Proteſtum den Wechſelbrief mit Proteſt zuruck ſenden Carpz. *Diſp. de Camb. c. 6. th.* 54. M. à Felde *de Camb. in proœm.* Interim ſi Traſſatus pleniſſimam acceptationem lit. camb. tamdiu ſuſpendit, donec ipſi proviſio reci-

procæ

procæ ſatisfactionis adveniat] bis Jhme die Proviſion angeſchaffet worden/præſentantem tamdiu, donec illa adfuerit, expectare teneri, aut liberum ipſi eſſe interea temporis proteſtari, aſſerit Stryck *Diſſ. de lit. camb. accept. c. 3. §. 32.* Marq. *lib. 2. c. 12. n. 85. & 86.* Heydiger in der Anleitung zum gründlichen Verſtand des Wechſel-Rechts *p. 72.*

11. unnachtheilig ſeyn ſoll) quod ſi autem Proteſtum ſic celerrime per curſum publ. ſive tabellarium, ad locum illum, ex quo literæ huc venere, non mittatur, ut hinc proxima occaſione, ad Traſſantem non perveniat, ſequitur a ſenſu Ord. noſt. contrario, id quod in jure fortiſſimum eſt, *L. 1. ff. de off. ejus cui mand. eſt jurisd.* & etiam in ſtatutis valet, Eberhard. *in Topic. tit. a contrario ſenſu n. 22.* Mynſ. *reſp. 10. n. 81. dec. 1.* quod res Poſſeſſori, dem Jnhaber/ præjudicio ſit. Sed quæritur, quale nam præjudicium exinde in eum redundet? Et Reſp. ob negligentiam ſuam ammittit jus, pecuniam a Tractante repetendi, Vogt. *de Camb. th. 7. lit. G. p. m. 192.* quod alias competeret, vid. *infra.* §. *8. Ord. ibique annot. ad verb.* Widerbezahlung *usque Laggio.* Et quia Traſſatus demum mediante acceptatione debitor conſtituitur vid. *dicta ad §. 4. ad verb.* und acceptirt/ hinc, ſi is illam poſtea recuſat, nec hic erit obligatus. Interim autem, ſi is qui literas tenuit ipſemet Remittens, ſicque negligens fuit, damnum ſibi ipſi quoque habebit imputandum, ſi autem Remittentis nudus ſaltem mandatarius, quia ſuſceptum mandatum legitime non adimplevit, Remittenti ceu ſuo mandanti, actione mandati directa, ad omne Intereſſe tenebitur *L. 5. §. 1. L. 6. §. 1. L. 8. §. 6. L. 27. §. 2 ff. L. 16. C. §. 11. l. mand.* Vlterius quæritur, an ſub eadem pœna pecuniam a Tractante amittendi, opus ſit, ut una cum Proteſto quoque literæ cambiales ad Traſſantem mittantur? Et cum in Ord. noſtr. camb. hoc poſterius non requiratur, dicendum, ſolius Proteſti transmiſſionem ſufficere, nec enim

aut jure communi id requiritur, aut jus ſeu actionem competentem tollere valet, nec ultra alteri actionem vel exceptionem præbere, quam quatenus oſtendere poteſt Traſſans, ipſius intertuiſſe, ut cito transmiſſio illa fieret, ideoque quitenuit ad illam obſtrictus eſſet, ſunt verba Mev. *p. 9. D. 132.* ubi in ſimili Ao. 1662. d. 23. Dec. in cauſa Clauß Riemers contra Jacob Schadelock ſic judicatum eſſe teſtatur.

## TEXTUS.

Vors ander / ſollen alle Wechſelbrief / von was Orten ſie auch kommen / von demjenigen / an welchen ſie 1. **lauten** / 2. **ſelbſten** / oder von ſeinem 3. **Gewalthaber** unterſchrieben / und der Tag der Acceptation dabey 4. **gemeldet** / 5. **auch der einfache** gemeine Vſo der Wechſel / vor 15 Tag / doppio Vſo vor 30. anderthalb Vſo vor 23. halb Vſo aber vor 8. Tag **gerechnet** / 6. **und damit des nächſten** Tages nach der Acceptation, ein Anfang gemacht / alſo daß derſelbe für den erſten / und dann fortan die nachfolgende / darunter hohe Feſt- Sonn- Feyr- Bet- und Schluß- oder Banco-Sperr-Täg auch mit begriffen / **gezehlet werden ſollen.**

ANNOT.

1. **lauten**) qui appellatur der Traſſat, de cujus diverſ. appell. vid. *ſupra dicta ad part. prior. §. 4. verſ. perſonarum ratione. ibique 4ta.*
2. **ſelbſten**) inſignis alias controverſia eſt, an non Inſtitor quoque literas cambiales, in præjudicium Domini præponentis, in negotio, cui præpoſitus eſt, acceptandi poteſtatem habeat? multi enim hoc affirmant, inter quos Schilt. *Ex. ad ff. 32. th. 13.* ubi inſimul præjudicium aliquod pro ſe faciens allegat: verum multi iterum hoc negant, & non admittunt, etiamſi

Inſti-

Inſtitor in aliis negotiis, literas Domini recipere & reſignare conſueverit, Sprenger. in der Wechſel-*Practic* §. 17. Carpz. *diſp. de Camb. c. 6 th. 50.* Stryck *diſp. de Lit. camb. accept. c. 2. §. 7. ibique alleg.* conf. quoque Joh. Mart. Vogt. *de Camb. th. 7. p. 108.* qui dicit: daß keinem Diener / ohne Wiſſen ſeines Herrn / und ausdrücklichen Befehl / einen Wechſelbrief zu acceptiren / im geringſten erlaubt ſeye / & hoc ſuum aſſertum probat, aus verſchiedenen Pareres vornehmer Kauff-Leute zu Franckfurt und anderer Orten / atteſtante iſtud Marq. *libr. 2. c. 12. n. 44.* cum qua negantium ſchola Ord. noſtr. Camb. facit, dum vult, ut literæ Camb. vel ab ipſo Domino, vel ejus Mandatario, Gewalthaber / acceptentur, Zipffel. von Wechſel-Briefen *& ibidem* im Kauffmanns-*Complimentariat p. 371.* conf. quoque Ludov. in der Einleitung zum Wechſel-*Proceſſ. c. 1. §. 17. & ſeqq.* ubi multorum locorum Ordinationes camb. hanc negativam ſententiam tenentes, allegat, & denique etiam in §. 19. Banci Nor. Ordinationem ejusq. §. 4. adducit, ſed quod in iſto §. 4. & etiam de Procura, ſingulis bienniis renovanda, dicitur, huc non ſpectat, ſed tantum ibidem ſermo eſt, quod is, qui alterius nomine in Banco aliquid diſponere, id eſt, pecuniam alterius ibidem deponere, depoſitam exinde recipere, vel etiam illam aliis transſcribi curare velit, ad hoc a Domino pecuniæ mandato ſpeciali inſtructus eſſe debeat; de acceptatione autem literarum cambialium, altum eſt ſilentium, & etiam de illa in hujusmodi Procuris nihil ponitur, ſed per illas ſimpliciter tantum facultas de pecuniis dicto modo diſponendi conceditur.

3. Gewalthaber) Cum enim, authore Cicerone, omnibus rebus ipſi intereſſe non poſſimus, hinc interdum operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur, atque ita commune commodum, mutuis officiis gubernatur. Et ſicuti ejusmodi perſonis ab initio liberum fuit, tale mandatum accipere, vel non; ita poſtea etiam inviti, ſuſceptum diligenter

adimplere illos oportet, niſi intereſſe præſtare velint, uti probavi *ſupra ad §. præced. ad verb.* unnachtheilig ſeyn ſolle.

4. gemeldet) ſic: Acceptirt den 1. May 1714.

Joh. Sempronius.

5. auch der einfache *usque* gerechnet) Hic docetur, quantum temporis ſpatium vocabula illa Italica, in literis camb. frequentia, & in illarum principio poni ſolita, e. g.

A Vſo, vel etiam à doppio Vſo, à ½ Vſo, à 1½ Vſo, geliebe dem Herrn zu zahlen &c.

heic loci contineant, ubi inſimul D. Königken *in not. ad §. 7. Ord. Camb. Lipſienſ.* notandus eſt, quippe qui ibidem dicit: Alſo hält der Vſo in Nürnberg zehen Tag/ cum aſſertum hocce manifeſte, uti id ipſum quoque Ludov. in der Einleitung zum Wechſel-Proceſſ. *c. 4. §. 70. inf.* obſervavit h. §. contrarietur.

6. Und damit *usque* gezehlet werden ſollen) Melioris intellectus cauſa, ponamus lit. camb. à 1½ Vſo ſonantes, ſub die 1. Febr. conceptas, easque acceptatas eſſe 4. d. Febr. tunc a 5to incluſive, incipitur computari, adeo ut 27. Februarii, als am letzten Tag des Vſo, dies ſolutionis, der Verfall-Tag/ conſtituatur, non attento, quod Bancum publ. interim clauſum fuerit, vel etiam dies ſacri intervenerint, cum indiſtincte omnes dies hic computentur.

## TEXTUS.

